



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Montis-Sereni Sive Lavterbergense

Mader, Joachim Johann

Helmestadi, 1665

Fvndatio Monasterii Selgenstadensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11088

& canes à se dimisso ita perdidit, ut nulla ratione potuerit
scire, quorum divertissent, aut in qua parte eos sequi de-
buisset. Stupefactus ergo insinum armigeri caput reclinavit,
& ecce angelus Domini insimilitudine hominis astitit, & di-
xit ei: Ecce ego nuntius Dei ad te venio, ab eo missus qui mandat tibi,
ut sic uero signa posuero, ita iacto & posito fundamento ei templum
in hoc loco adifices, & locum ipsum S. Salvatoris nomine in perpetu-
um appelles. In crastinum vero cum equitaveris, annos pauperes mo-
nachos Gracos obvios habebis. Hos rogabis, ut illud, quod ferunt,
tibi pro amore Dei dare velint, promittens eis retributionem ma-
gnam, cumque acceperis, eos huc adducere debes, & monasterium,
sicut me vides ponere signa, ita edificare jube, positis sanctis reliquiis
in hoc loco. Dabis ergo impensas ad edificandum eis & cuncta ne-
cessaria vita. Ferunt enim Innocentium corpora tria; partem de-
cute Apostoli Bartholomei, & multas alias sanctas reliquias. Ve-
natores, de quibus sollicitus es, ad te venient vespere; & sic, ut im-
peratur à Domino, facere grato animo procura. Pipinus autem
animo hilari, ut imperata fuerunt, ita fecit, ubi & curtes
plurimos, & thesauros magnos conferre studuit, & eo mor-
tuο trinepos ejus Lotharius Imperator magnifice consumma-
vit: Vbi & sepultus in pace quiescit.

FUNDATIO MONASTERII SELGEN- STADENSIS.

Heinardi Cancellarius Caroli Magni Imperatoris, vir egre-
giæ dignitatis, qui in puerili ætate cum eo nutritus fu-
erat, & miro ac ineffabili amore se dilexerant, cuius & con-
filio palatum tunc regium gubernabatur. Hic itaque Heinar-
dus super Mogonem fluvium Abbatiam insignem fundavit, &
Selinstat appellavit, & de Roma sanctos Marcellinum & Pe-
trum apportari fecit, & ibi eos collocavit, & eam Abbatiam
regno

regno dimisit, & se & dominam *Imman* uxorem suam, prædicti *Caroli* filiam, post mortem tumulari fecit.

FVNDATIO MONASTERIORVM DVORVM IN
Quedelburg, & COENOBII S. JOHANNIS BA-
 PTISTÆ PROPE **Magdeburg**.

Henricus primus Saxo genere, pater *Ottonis Magni*, qui cœpit anno Domini DCCCCXVIII. ædificavit & fundavit Abbatiam de *Querrienleburg* regalem utique, & in omni *Saxonia* præcipuum. Illic Abbas moniales posuit, cui loco contulit decem & octo millia mansa, & thesaurum pergrandem; advocatiam & monetam, teloneum & militam, ubi & se sepeliri mandavit. Hujus uxor *Machtildis* regina sanctissima illi ad latus consepulta & posita est in crypta ejusdem monasterii. Hujus filius fuit *Otto Magnus*, Imperator hujus nominis primus, qui & *Rufus* dictus est. Iste *Otto* Abbatiam magnificentissimam & ditissimam construxit extra muros civitatis magnæ **Magdeburg**, in honore *S. Iohannis Baptiste*, in quo posuit monachos Ordinis *S. Benedicti*. Item construxit in *Querrienleburg* monasterium Nigrarum monialium ordinis *S. Benedicti*, dedicans Ecclesiam in honore B. Virginis.

Conradus primus natione *Francus* eligitur in Regem anno Domini millesimo vicesimo quarto. Iste Abbatiam Nigrorum monachorum gloriosam & famatissimam sub regula *S. Benedicti* construxit & fundavit, quæ LINTHBVRG dicitur anno Christi 1038.

Liuboldus Archiepiscopus Moguntinus monasterium *S. JACOBI* propriis expensis exstruxit *Moguntiae* foris murum in monte qui dicitur *speciosus*, tempore *Henrici Imperato-*